Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31301
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Solet eciam queri vtrum extra ordinaria pollucio impediat matrimonium verbi gratia aliquis cognouit aliquam extra ordinario queritur vtrum possit contrahere matrimonium cum sorore illius et respondit canon quod sine carnali commixtione non contrahitur affinitas non aut est carnalis commixtio si fiat pollucio extra vas naturale Deinde tamen solet dubitari si aliquis dicat se aliquam congnouisse extra ordinarie si ei sit credendum dupliciter cum presumptio circa talem quod cognouit eam potius carnaliter quam alio modo et tale factum nullo modo probari potest Dicendum ad illi primum quod secreta confessionis confitebitur sacerdoti

De enormitate delicti quod impedit matrimonium

Aliud sequitur impedimentum matrimonium quod dicitur enormitas delicti Dicunt enim canones quod si aliquis sua uxorem uel sororem uel matrem uel seniorem suum dominum occidit decretum nullatenus matrimonium contrahere potest Dum tamen si de facto contrahit dubium est an sit ratum et distinguit quidam quod duobus modis in tali casu fieri potest prohibitio Dicunt enim prohibent quod de certo non contrahat cum aliqua et tamen contrahat nunquam matrimonium Dicunt autem facta sic est prohibitio scilicet quod nullum interficit et aliquam personam possit ire matrimonium licet tunc de facto contrahat nichil est quod facit et bene quia ecclesia talem facit constitutionem potest enim multis cum causis concedere dilatare et coartare matrimonium sicut aliquando ex constitutione ecclesie non fuit matrimonium in quinto gradu non tamen est quod non plenie determinatur quousque extendatur talis ecclesie auctoritas sicut vtrum constitui possit quod non sit matrimonium inter album virum et magnam mulierem sed id disputatum est

Quid faciendum sit clerico aut laico si inuenerint eos vir cum sua uxore

Notandum quoque quod secundum leges seculares licebat quoque viro occidere adulterum cum uxore sua inuentum quod nunc non licet sed tamen imputare sibi virilia ne decretum sue turpidelitatis imitatore generet adeuque rei similitudine ecclesia constituit nec ei qui uxore occidet imputetur vsus virilium ut nunquam decretum possit contrahere matrimonium ad patrem crudelitatis imitatorem grandum Nec sicut constitutum est in legibus secularibus quod si aliquis inuenit virum cum uxore sua coeuntem in prostibulo ibi non posset eum ledere quia in tali loco potius fornicatio quam adulterium intelligitur ita constituit ecclesia quod si aliquis cum uxore sua clericum inueniret et ei virilia amputaret in canone late sine non inuenitur nec ex quo statutum esset cum non legis statute modum non excedet dicunt enim cum amplius quam predicto non ledet quia communicatus esset

De sacramento confirmationis

Restant adhuc duo sacramenta